

Nero in der Literatur: Von Seneca bis Augustinus - Wie wird erzählt, mit welchem Effekt?

Nero (54-68)

- Claudius+ (3.) Messalina, gemeinsamer Sohn Britannicus und Tochter Octavia
- Claudius+ (4.) Agrippina (C.s Nichte; Enkelin des Germanicus), ihr Sohn Nero aus 1. Ehe
- Claudius adoptiert ij 50 Nero; ij 50 wird Seneca aus dem Exil zurückgeholt, Erzieher Neros
- Nero heiratet i.J. 53 (1.) Octavia
- Agrippina puscht Nero als Thronfolger, er wird mit 17 Kaiser
- Britannicus ermordet (?) ij 55; Agrippina ermordet ij 59
- Brands Roms ij 64

Seneca

Consolatio ad Polybium 12,3 Non desinam totiens tibi offerre Caesarem: illo moderante terras et ostendente quanto melius beneficiis imperium custodiatur quam armis...

13,3 Interim magnum miseriarum mearum solacium est videre misericordiam eius totum orbem pervagantem: quae cum ex ipso angulo, in quo ego defixus sum, complures multorum iam annorum ruina obrutos effoderit et in lucem reduxerit, non vereor ne me unum transeat. Ipse autem optime novit tempus, quo cuique debeat succurrere...

Apocolocýntosis 1

Quid actum sit in caelo ante diem III idus Octobris anno novo, initio saeculi felicissimi, volo memoriae tradere. Nihil nec offensae nec gratiae dabitur. Haec ita vera si quis quaesiverit unde sciam, primum, si noluero, non respondebo. Quis coactus est? Ego scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille, qui verum proverbium fecerat, aut regem aut fatuum nasci oportere. Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam venerit. Quis unquam ab historico iuratores exegit?

4: Parzen: aurea formoso descendunt saecula filo

De clementia

1 Scribere de clementia, Nero Caesar, institui, ut quodam modo speculi vice fungerer et te tibi ostenderem per venturum ad voluptatem maximam omnium. ... 2 'Egone ex omnibus mortalibus placui electusque sum, qui in terris deorum vice fungerer? Ego vitae necisque gentibus arbiter; qualem quisque sortem statumque habeat, in mea manu positum est;

Tacitus: *sine ira et studio (???)* (ann. 1,3)

Historiae 1,1,3

Mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. Dignitatem nostram a Vespasiano
inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim: sed incorruptam fidem
professis neque amore quisquam et sine odio dicendus est.

hist. 1,2,1

opus adgredior opimum casibus, atrox proeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevum.

Nero bei Tacitus: Annales 11,11; 12,41; v.a. ab 12,64 ff. (Tac. über die letzten beiden

Regierungsjahre leider nicht erhalten)

LESEN!

Brand Roms ij 64: ann. 15,38-44

Annales 14,20 Nerone quartum Cornelio Cocco consulibus quinquennale ludicum Romae
institutum est ad morum Graeci certaminis, varia fama ceterum abolitos paulatim patrios
mores funditus everti per accitam lasciviam, ut, quod usquam corrupti et corrumpere queat, in
urbe visatur, degeneretque studiis externis iuventus, gymnasia et otia et turpes amores
exercendo, principe et senatu auctoribus ... 21 Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta
nomina praetendebant. maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis pro
fortuna ... sed et consultum parsimoniae, quod perpetua sedes theatro locata sit potius, quam
immenso sumptu singulos per annos consurgeret... 22 Inter quae sidus cometes effulsit, de quo
vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. igitur, quasi iam depulso Nerone,
quisnam deligeretur anquirebant. et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per
matrem ex Iulia familia. ipse placita maiorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo,
quantoque metu occultior, tanto plus famae adeptus. auxit rumorem pari vanitate orta
interpretatio fulgoris. nam quia discubentis Neronis apud Simbruina stagna <in villa>, cui
Sublaqueum nomen est, ictae dapes mensaque disiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat,
unde paterna Plauto origo, hunc illum numine deum destinari credebant ...

Sueton ca. 70/75-150

- Kanzleichef unter Hadrian
- Briefe von Plinius j.J. an Sueton und über Sueton an Trajan

Suet. Nero 19,3

Haec partim nulla reprehensione,
partim etiam non mediocri laude digna in unum contuli,
ut secermerem a probris ac sceleribus eius, de quibus dehinc dicam.

Trajan 98-117

Hadrian 117-138

Antoninus Pius 138-161

Marc Aurel 161-180

Commodus 180-192

193 "Vierkaiserjahr"

193-211 Septimius Severus

Tertullian

Apologeticum 5,3 Consulite commentarios vestros; illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intellegere potest non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum.

25 Discipuli quoque diffusi per orbem ex praecepto magistri dei paruerunt, qui et ipsi a Iudaeis insequentibus multa perpessi utique pro fiducia veritatis libenter Romae postremo per Neronis saevitiam sanguinem Christianum seminaverunt.

Laktanz, De mortibus persecutorum 2

Cumque iam Nero imperaret, Petrus Romam advenit et ... convertit multos ad iustitiam deoque templum fidele ac stabile collocavit. 6 Qua re ad Neronem delata cum animadverteret non modo Romae, sed ubique cotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum et ad religionem novam damnata vetusta transire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus, prosilivit ad excidendum caeleste templum delendamque iustitiam et primus omnium persecutus dei servos Petrum cruci adfixit, Paulum interfecit. 7 Nec tamen habuit impune. ...

Augustinus 354-430

De civitate dei 18,52 Proinde ne illud quidem temere puto esse dicendum siue credendum, quod nonnullis uisum est uel uidetur, non amplius ecclesiam passuram persecutiones usque ad tempus Antichristi, quam quot iam passa est, id est decem, ut undecima eademque nouissima sit ab Antichristo. Primam quippe computant a Nerone quae facta est, secundam a Domitiano, a Traiano tertiam, ... decimam a Diocletiano et Maximiano. Plagas enim Aegyptiorum, quoniam decem fuerunt...